Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

inter liberos Iure naturæ inprimis obseruanda per L. cum pater. 77. §. dulcissimis ff. de leg. 2. L. si maior C. communi diuidund: L. fin: C. commu: Vtriusq; Iudic: §. illud quoq; auth.° de nupt: & similibus.

Filiæ enim ab omni commodo pecuniæ pro feudo numeratæ penitus excluderentur, quam tamen Iure successionis legitimæ, tam fuissent pro sua portione consecuturæ, quam filij. Ne igitur summa inter liberos inæqualitas inducatur, ipsi naturæ & æquitati conuenientissimum est, non excludi per L. vlt: C. de liber: præterit:

Semper enim eã opinio sequenda est, per quam inter liberos æqualitas conseruatur. argo. L. quæsitum. §. sed et ipse ff. de fund: instruct. Socin. in L. cum vnius. col. 20. ff. de condit. & demonstr: late Tiraq: de Iure Primogen: quæst: 4. in princ: & de Legib: connub: in 5. Lege. n. 17. cum seqq: Vbi multa congerit. & late Socin: Iun: cons: 160. n. 20. et seq: vol. 2. Alciat: de præsumpt: regula. 1. præsumpt: 23. n. 8. Wesenb. cons: 51. n. 52. cum seqq: Mantica de coniectur: vltim: volun: lib. 6. tit. 2. n. 5.

Huc pertinet, quod feudum emptum quasi in locum pecuniæ, cuius etiam æque fœminæ

ac

1.